

1520. & 24. Julij

779

Prohibitio severa regalis, ne in regnum Po:
lonia et dominia, inferantur aut fiant in usu
opera Martini Luther Augustiniani novi hæ:
resiarchæ.

198

Universis et singulis etc: manifestum facimus,
quia intelligentes ad regnum et dominia nostra inferri
nonnullos libellos cuiusdam fratris Martini Luther
Augustiniani, in quibus multa continentur tam
contra fidem Christianam, quam etiam in perturbatio:
nem communis ordinis et status rei ecclesiasticæ et
religionis, ne in regno nostro ex huiusmodi scriptis
errores aliqui pullularent, officij nostri ut christiani
principis, et fidelis filii sanctæ matris ecclesiæ
esse duaimus, auctoritate et potestate nostra regia
huic cepto noxio obsistere. Mandamus igitur vobis
omnibus subditis nostris et cuilibet vestrum seorsum,
quod nemo deinceps audeat talia opera, ut premissu
est, in regnum et dominia nostra inferre, vendere,
emere, aut illis uti, sub pena confiscationis bono:
rum omnium atque eailij, quam unusquisque man:
datum hoc nostrum transgrediens, sine ulla excu:
satione tam ignorantia quam alienius cause, subibit
et pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Tho:
runij in vigilia sancti Jacobi apostoli, anno Domini
1520. regni vero nostri anno Deimoquarto.

